

MEMORIÆ SACRUM.

PIETAS IN PRÆCEPTORES

Academicos & Triviales
accessere

Omnes omnino à recuperatâ Evan-
gelii luce

Scholæ Lignitiensis

RECTORES.

Auctore

M. Henrico Alifchero Lygio. h. t.
in Patriâ ad Divum Virginis Mariæ
Substituto.

LIGNITI,

Typis Willingianis. Anno 1671



317734



Lectori Benevolo. S.

BIBLIINIW:
WROCLAW

SEptennium est cum Semestri, & quod excurrit, ex quo Patriis valedicens Musis, **RECTORES**, quotquot à recuperatâ Evangelii Luce heic Lignitii, docuerunt, Oratiunculâ comprehensos, coram splendido Auditorum confessu, exposui, eâ spe fretus, datum iri aliquando Occasionem, Thema illud Sollicitius elaborandi, Historicoq; comtū ornatu in lucem publicam dandi. Sed quæ in hisce talibus solet esse Admniculorum penuria, curiosè quamvis in ea, quæ ad hanc rem pertinere videbantur, inquirenti, plerumq; tamen vix aliquid præter nuda nomina, & annos nec ad huc tamen exactè adnotatos, reperire licuit. Ne igitur omnis Virorum de Scholâ non solum, sed universâ re literiâ, optimè-meritorum memoria prorsus intercideret, breviter Eorum Vitas notavi, additis unicuique Eorum quatuor

tuor versiculis, ne sic nudus Virorum clarissimorum prodiret Catalogus. Inde ulterius progressus, Beneficiorum immemor ne haberer ab his, quibus tùm in Patria Lygio, tùm in Alma ad Albim usus sum per Ipsos septendecim Annos præceptoribus, ipsorum honori, quantum pote, non detractus Nomina Torundem, nec tamen sine Elogiis, publice legi volui. Quod omne non captandæ ullius gratiæ ergo, sed, prout Titulus loquitur, in PIETATIS gratæ argumentum feci, nullus dubitans, fore, ut, tùm Ipsi, quorum Nomini ista Sacra esse iubeo, tum Alii, exinde Animum non fucatum sint perspecturi: Sciat vero etiam Benevolus Lector, me in ordinandis Patribus Witebergensibus, à quibus Honoris ergo ordiri placuit, Eum Academiae statum attendisse, qui meo tempore ibidem, fuit, vel proxime sequutus est, additis tamen, si quæ interim accidere, mutationibus. Vale, & mihi fave Dabam Lignitii 1671. Mense Decembri.

Pic-



I.

Pietas in Præceptores Academicos h. e. omnes omnino sui Temporis vel proxime insecuti in Alma Witebergensi Theologi, Jureconsulti, Medici, Philosophi, Professores Publici, tetrastichis celebrati.

Præfatio ad Musam.

Eja, age, surge Decus facilis, mea gaudia Musa: Leucoridos versu Nomina magna canens. Quis verbum Domini, Legisq, scientia cura est, Corporis ac animi quos pia cura tenet.

THEOLOGI.

(a) ABRAHAMUS CALOVIUS, Morunga Borussus SS. Theol. D. Prof. Primar. Pastor Urbicus, Superintendens per Circulum Electoralem Generalis &c.

Dantisci postquam res est bene gesta, Regente Te, CALOVI, Illustris Te witeberga cupit. Heic, ignes quantum præcellit Luna minores, Inter Theiologos, sidera clara, vales.

(b) JOHANNES MEISNERUS, Torga-Misnicus SS. Th. D. Prof. Publ. Ad Divum Oo. SS. Præpositus & Facultatis Theologicæ Assesor & Senior,

Si constans Studium, suavis facundia Linguae Integritas Morum, candor & ingenuus, Una complexim proferris voce jubenter: MEISNERI nomen dixero, sufficiet.

(c) JOHANNES ANDREAS QUENSTEDT, SS. Th. D. Prof. Publicus facult. Asses. & Alumnorum Electoralium Ephorus Patria Quedlinburg.

Si mansuetudo terras habitare caducas Vellet, & amotum relinquere Diva Polum: Quenstadii, res certa, foret sub pectore miti Grata quies: Tantum mitia Verba facit.

(d) JOHANNES Deutschmann/ Jütreboccensis SS. Th. D. Prof. Publ. Facult. Asses. & Alumnorum Electoralium Ephorus.

Hilic opus & labor est, scholicos subisse Penates, Et facunda suo dicere Verba gregi. Dicere si fas est: vix tot quis vera putaret, Quot tamen Assiduis dogmata vera docet.

(1) MICHAEL Wendeler / SS.

Th. D. Ejusdemq; Prof. Publ. Extraordinarius, Facultatis Assessor & Moralium P. P. Ordinarius.

Wendlerum quis non novit? quem scripta loquuntur,

Scribita quibus mores mollit, & arte domat.
Baldvinum quantis defenderit atq; Jacobum
Pugnis, dum fuerit mens mihi, testis ero.

(5) ÆGIDIUS Strauch/ SS. Theol.

D. Facultatis Assessor, Historiarum Profes. Publicus Alumnorumq; Electoralium Ephorus, hodie in Celeberrimo Gedanensium Gymnasio Rector ad Ædem SSæ Trinitatis ibidem Pastor.

Invidiam ne quare Tuas cur visitet ades,
Nescit felices deseruisse fores.

Te Praeceptorem laus est Mihi magna fuisse:
Nescit ab exactâ truncus abire manu.

JURE CONSULTI.

(2) CASPAR Ziegler/ J. U. D. Facultatis Juridicæ Ordinarius & Consistorii Ecclesiastici Assessor &c.

Ambigo, quid de Te Lux ô ZIEGLER Themistos
Dicam: Sic celebrem Te Tua scribita docent.

Sive

Sive sacrum mediteris opus, seu jura revolvat,
Undiq; præcellens Doctor & Auctor eris.

(1) WILHELMUS LEISERUS, J. U. D. Curia Electoralis, Scabinatus & Facultatis Juridicæ Assessor &c.

CLara Patris magni suboles, & adorea furta,
Te Rectore mihi laurea nexa fuit.

Inde Tuum nomen laudesq; decusq; perenni
Mente colo, memori dum datur esse mei.

(9) JOACHIMUS Merger/ Gryphimonte-Silesius. J. U. D. Pandectarum P. P. Curia Electoralis, Scabinatus, Facultatis Juridicæ, ac Iudicii Provincialis in Marchionatu Lusatiæ Inferioris Assessor &c.

Slesio celebris ne fors witeberga caveret,
Nergero fruitur vite beata suo.

Rectius at nostro: ne tollas, Gryphie, cristam,
Non Tuus ille modò est, Totius est SLESIAE.

(1) WERNER - THEODORUS MARTINI, Brandenburgensis J. U. D. & P. P.

Qualia Martini scribebat sacra Jacobus
Talia Tu juris scribita verenda dabit.
Inde Tibi generum studio, WELLERE, legebas,
Martinum, tanto pectora digna Patre.

(1) MICHAEL FRIDERICUS Lederer/ Wirebergensis J. U. D. & P. P.

Consule nate, Patrem post se relinquere Laudi
Cedit: Tu vivum scilicet Instar eris.

Fe-

*Felicem Nato sic tam felice Parentem!
Numquam frustratus spe fuit Ille Pater.*

MEDICI.

(3) **CONRAD-VICTOR Schneider**
U. M. D. P. P. & Facultatis Senior.

Consilium Nomen suadet, Prudentia Curam
Elucet, Medici faxq; Decusq; Chori,
Fila Acherontigenium connectis rupta Sororum
Mors Morbi, agrorum gaudia, Vita, Salus.

(17) **DANIEL SENNERTUS, DANIELIS F. U. M. D. P. P.**

Patrem vivificat denuo genuina Parentis,
Arce valens tanto digna Propago Patre
Infelix fulsit sidus, nunc cuncta Serena:
Utere felici sidere, Fata favent.

(18) **JOHANNES Strauch** / Phil. & Medic.
D. Anatomies & Botanices P. P.

Quia qua Strauchia dum mihi sit Reverentia,
credat?

*Horam Tu pariter portio magna clavis,
Ossa Hominis nudata sua qui sede reponis
Artifici, qualis vix datur ulla, manu.*

PHILOSOPHI.

(11) **M. CHRISTOPHORUS Moth Nagel**
Francus, dum viveret Sup. Mathem. P. P.
& Academiæ Senior.

Hic Cælum Stellæ, & quidquid sidera condunt,
Exactis numeris promere doctus erat.
Dum,

*Dum, Cælum, Stellæ & quidquid sidera condunt,
Enumerat, celi portio clara fuit.*

(15) **M. JOHANNES ERICUS Ostermann** / Græcæ Linguae Prof. Publ. & Senior dum viveret.

O utinam non tanta Tibi discrimina vita
Obtulerint, toto clarior orbe fores.

*Omnia, civili poterat qua farier ore,
Atq; Philologico, tumba reposita tegit.*

(16) **M. ANDREAS Sennert** / Ebrææ & reliquarum Orientalium P. P. Emeritus & Senior.

Pristina si vitæ dentur spatia ampla, beata
Hoc Doctore suo Leucoræ alma foret.
Nunc prohibet senium, in sese quod morbus habetur;

Felicem, juvene hoc qui studiosus erat.

(19) **M. CHRISTIANUS TRENTSCHNIUS**
Log. & Medaph. P. P.

Hic regnant antiqua Fides, Germanaq; Virtus,
Antiqua antiquis quam bene nempe quarant.

*Si Logicam species, & si Metaphysica species:
Quid magis antiquum dicere jure potes?*

(9) **CONSTANTINUS Ziegler** / SS. Th. D. Physices P. P.

Te præter Linguae Studium Patrumq; loquelæ,
Quid nisi Sperlingi fama decemq; juvat
Sca-

Scaligerum miraris, & ut quis rara locutus :
Me, verum fatear, nil nisi clara iuvant.

(u) M. GEORGIUS CASPAR Kirch-
maner / Eloquentiæ P.P.

O si propitio t'hyssicum Te Lumine Celum
Aspiceret, fructus quantus abinde foret.

Eloquere & totum tantis Te sedibus effer,
Te celebrem clamat pristinus ille Labor.

(ua) M. OTTHOPRÆTORIUS Marchicus,
dum viveret Poet. P.P.

Vertendo versum solers dum tempora versat,
Intentum Mortis clepsydra vertit opus.

Oversus verè versos! Ea carmina nolim
In Vatum sacras sapientis ire domos.

(ub) M. MICHAEL Strauch / Mathem.
Infer. P.P.

Nemo Te numeros Euclidæasq; figuras
Et cyclos celi, & sidera nosse negat.

Havelio dignum Te Præceptore Magistrum!
Palladis excellens Lumen, Imago, Decus!

(un) M. MICHAEL Walther / Michaëlis
F. Mathem. Super. P.P.

A tibi parva nimis res est concredita, Wal-
ther,

Scilicet extensis astra subire tuis.
Dogmata scrutari divini Numinis, actus
Exposuisse hominis, Te magè digna forent.

M.GEO.

(ud) M. GEORGIUS Green / Holfatus
tum Poëscos hodiè Historia-
rum P.P.

PRincipe Saxonico poteris qui verba soluta
Digna loqui, vincit à carmina voce canis.
Non oratori veniant ad carmina nutum
Omni: Tu, loqueris dum benè, dulce canis.

(ue) M. AUGUSTUS Pfeiffer / Lauenbur-
ga-Saxo. cum Oriental. Lingu. P.P.
Extraordinarius, hodiè Pastor in
Mehibohr.

Materno si quis linguas cum lacte bibisset,
Non Eï pro Nostrò palma ferenda foret.
Novimus intentum Studium, speramus abinde
Plurima Grammaticis Emolumenta Scholis.

Conclusio

CLaudite nunc Musa rivos, bilarem date
plausum

Cynthie Tu perrosas Heliconæ colli.

Et Tibi promittà Laurum plantabo virentem:
Vnde meis aptes laurea ferta Comis.

Pic-

Pietas in Præceptores Scho-
laisticos.

Præfatio.

Post Academiæ cantabitur alma Lygeum,
Quæ pectus primis artibus acceperit.
Et Præceptores, quæ non incipit ullus
Reddere ad huc potuit, nunc mea Musa canet.

1. MARTINUS ULRICUS, Lignitiensis
Scholæ Auditor Primarius & Collega.

Prima Tibi tantos inter, MARTINE, debetur
Cura Viros, nostri Pectoris Artifices.
Sub ferulâ (ferulam poscunt puerilia) lingua
Adversâ, & calamus fingere doctus eras.

2. MICHAEL Bapzien / Olim Scholæ Li-
gnitiensis Auditor & Collega, hodiè
Cantor Thoruniensis

Gratia totus eras, quæ non facundia Lingue,
Candor, & in numeris dogmata quanta
tuis?

Astronomos frustra, frustra implexos Geometras
Ne legerem, numeri me tua pensa, juvant.

3. CHRI-

3. CHRISTOPHORUS Ueland Ligniti-
ensis, Scholæ Patriæ Collega & Ecclesiæ
Marianæ Cantor.

Gratia si laudes non post tot secula perdit,
Tu mihi præ reliquis laudis agalma meres.
Nam meministi, fuerit tibi met quam Lælio græca
Cura, ne versus puraq; metra loquar.

4. CHRISTIANUS Reußner / Scholæ
Lignitiensis Collega & Cantor Petro-
Paullinus.

Artifici siquidem quæ format gutture vocem
Flexanimis merito dicitur esse D&A.
Tu mihi quæ fueris, dubito, REUSNERE, docebas
Qui sic divinum me cecinisse melos.

5. ELIAS EVELERUS, post Exilium
Scholæ Lignitiensis Con-Rector, demumq;
Ecclesiæ in Großmandritsch Pastor:

Unica Te Pietas, & simplicis ardor Amoris,
Si quæ ventura est postera turba, canet.
Ne misero cogare mori sub pulvere Ludi,
Syonem ex templo gaudia certa vocant.

6. M. JOHANNES CHRISTOPHORUS,
Lettsche / Brigenensis in Schol. Lign. Con-
Rector. hodiè in Patria Diaconus.

Nunc Tibi quid mea musa canet, doctissime
Lettschi?

(Hic mihi viva velut Bibliotheca fuit)

Non Lingue Studium Sanctæ, moresq; probatos,
Atq; Philosophiam tantula Musa capit.

7. M. THEOPHILVS PITISCVS,
Scholæ Lignitiensis Pro Rector.

Hic vellacrymulas metuo vel inutile carmen,
Quando animo obveniunt nomina clara
Viri.

Discipulus fuerim ingratus, ni tanta celebrem,
Quanta Juventutis Principis esse solent.

8. M. AUGUSTINUS UBER, Vratislav,
post Exilium Scholæ Lig. Pro Rector.

Si mihi, quæ fuerit de Te sententia multis,
Dicendum, vereor paucula grata leges.
Si, mihi quæ fuerit de Te sententia, quaris:
Obsequium dicet, quod cupis omne, meum

9. M. CHRISTIANUS Primke / post
Exilium Scholæ Lign. Rector P. L. C. &
postremo ad Divum Joh. Pastor &
Consistorialis, itemq; Scholæ
Inspector.

Primkia quæ virtus, & quæ facundia dictis
Adfuerit, Solùm magnus Apollo canet
Vnum addo: poterat, Parnassia Numina quid-
quid

Fossunt &, Phæbo teste, Poëta fuit.

Conclusio.

His mihi formatum pectus Doctoribus, hisq;
Strata via, ad montis quæ docet alta vehi.
Pauca

*Pauca cani malunt Phæbus, Phæbiq; Sorores;
Plures quàm fieri non benè versiculos.*

III.

Scholæ Lignitiensis à recupera-
ta Evangelii luce ad Annum 1670 Re-
ctores in Univerſum omnes, cesrasticis
celebrati.

Præfatio.

Qui Præceptores cecini, quæ Leucoris alma
Fulſit, & in Lygiæ patria clara Scholis,
Nunc quis præſca fuit felix mea Patria, dicam,
Rectores Lygiæ, nomina clara, Scholæ.

1. M. CASPARUS MARSILIUS, Lignitienſis,
Scholæ primùm Patriæ Rector, hinc
Cobuſienſis Paſtor, in Luſatiâ Infe-
riore, tandem Cüſtrinienſis, reliquarumq;
in Neomarchia Eccleſiarum Superinten-
dens, & S.S. Theol. Licentiatus.

Lucifer ante ortum Solem quantum eminet al-
to,

Debilis aſtrorum lux ubi tota cadit.

Tantum, MARSILLI, poterat, Te Patria fulſit,
Fulſit &, ô felix Marchia luce tuâ.

2. M. VALENTINUS NITIVS, Scholæ
Lign. Rector, poſtea Curie Lignitiensis &
tandem Vratislaviensis Notarius.

Inter, civilis quis eſt Prudentia cura,
Nitius hic primas jure referre poteſt. Hinc

*Hinc tantas stupuit Lygium celeberrima dotes,
Predicat hinc amplum Silesiæq; caput.*

3. M. JOHANNES TITIVS, Lign.
Scholæ Rector, postea Ecclesiæ ad Divum Virginis
Pastor, obiit A. 1554 ætat. 37.

Titi, cum meritis Parcarum stamina longa,
*Decretum celi cur breviora dedit?
Sufficit, & Scholicos solerter obire labores,
Atq; pium purâ pascere voce gregem;*

4. M. GEORGIUS Seyler Boleslav. insi-
gnis Poëta, Scholæ Lign. Rector, hinc
ad Divum Virginis Pastor, obiit A. 1560.

ET Tu, quæ Quecco sæcunda Bolesla super-
bis,
*Vatem Scilicet nempe dedisse doles?
Ne doleas: doluit, tales non sæpè dedisse,
Quæ poterat tales sæpè dedisse, Schola.*

5. M. CHRISTOPHORVS Langner Co-
gnomento Grätser Aurimontanus Scholæ
Lign. Rector & postea ad D. Virg. Pastor, perq;
illum Ducatum Duumvir, obiit tandem in Palæ-
opolitanz Ecclesiæ pastoratu Regiomonti
Borussorum Ao æt 47.

Dum, Langner, volunt meritum, Scholi-
ciq; labores,
*Et tua devoto in munere dexteritas,
Carmina longa; negat brevis hæc cecinisse Camena:
Quæ poscunt Librum, non Epigramma capit.*

6. M.

6. M. GEORGIUS Helmrich/ Aurimonta-
nus, primum Scholæ Lign. deindè in
Gymnasio Patrio Rector & tandem
ibidem Consul, obiit
A. 1563.

Postquam de Pæris meritis benè, Norma Lycei,
*Quid mirum, civi Te bene jura dare?
Montibus auratis Te, cui mens aurea cæsit,
Post etiam mortem fulgere nemo negat.*
Virg. l. 1. 8. Æneid.

7. M. CASPARVS Orthmann / Leober-
gensis Scholæ Lygiæ Rector.

Quando inter Græcos amissa est Græcia civis,
*Græcia Silesias cepit adire lares,
Orthmanni intravit pectus, nomenq; celebre
Huic dedit, & mortis vincere fata dedit.*

8. M. VITUS Bachmann / Marchiacus,
Scholæ Lign. Rector, post Berolini à Con-
cionibus Aulicis, & Francofurti
tandem P. P.

Non rivos artû tantum, Bachmanne, fere-
bas,
*Namq; videbaris Fontis habere decus.
Prò decus eximium! quod Dux Illustris honore
Macta t& in Cathedra collocat artificii.*

B

9. M. HEN.

9. M. HENRICUS Papmann/ Lune-
burgicus. Schol. Lign' R. obiit. 1561.
æt. 28.

Integros mores vita, festiva, lepores,
Fercula, concinnos est opus alterius
Dicere, Paxmannum, satis est dixisse, beatas
Ante sua votum pubis adisse domos.

10. M. JOHANNES THERIDIVS, Gu-
ranus. Scholæ Lign. Rector,

Obscurum infamâ cur ignorantia tantis
Condiderit tenebris, nescio, Theridium.
Patria Sola patet, credo, invidata turba laboris
Invidet eximii nomina magna Viro.

11. M. FABIANVS Klose / Freistadien-
sis, primum Gotingæ post Gorlicii Con-
Rector & tandem Lignitii per ipsos 28.
Annos Rector. Ob circa annum 1597.
æt. 57.

Freistadii genitum fecit witeberga Magistrum,
Et servat cineres incluta Lignitium.
Defuncto tristes fertur cecinisse Camenas :
Ille decus nostrum, cur aq; nostra fuit.

12. M. NI-

12. M. NICOLAUS Ludwlg/ Freistadien-
sis, primum Scholæ Svidniciensis Con-Re-
ctor, post Freistadiensis & hinc Lignicien-
sis per 14. Annos Rector. Obiit post de-
positum muneris Scholastici onus An-
no 7. die 27. Junii ætatis 67. Chri-
sti, 1617.

Nosse cui si fata datum miranda, profecto
Vix alius, noster quam Ludovicus erit.
Quem Goldberga suum voluit, quem Guttalus,
atq;
Lipsia, Lignicii gloria magna fuit.

13. M. JOHANNES SCVLTETVS,
Freistadiensis, Scholæ Lign. Rector, post
in Gymnasio Bethaniensi Pietatis
Professor.

Scultetum post fata loqui, sic Rhetora clarum
Qui conaretur, scriberet Iliada.
Cetera sincerus, nisi quod suppresserit unquam
Callidus, occultum Religionis opus.

14. M. BARTHOLOMÆVS Kern/ Freis-
tadiensis Schol. Lign. Rector.

AN nimium fueris rigidus, sub judice, lū est.
Kerni, discipulum non sine fruge timor.
Quid-

*Quid quid id est, sane lata te Praside leges:
Unum hoc cum constet, laus Tibi certa manet.*

15. M. MARTINVS Rothmann/ Javo-
ranus, Scholæ primus Senatoriæ, post
Illustris Johannæ Rector, obiit
A. 1657.

Gratia Musarum, Charitum charissima sedes,
Rothmannus noster, si fuit ulla, fuit.
Huic gravitas præstò, & sales, seu voce solutâ
Dici, seu terço carmine verba velis.

16. M. THEOPHILVS PITISCVS,
Scholæ Lign. Senatoriæ Rector, propter
prærogativam tamen Johannæ dictus
Pro-Rector obiit A. 1662. Tympani-
tude.

ERgo Tui rursus memori datur esse, Pitisce,
Quem consumpsit Amor strenuus ille Scholæ.
Tedia Tu nunquam nisi letabundus adibas,
Illa, Scholis nunquam qua procut esse solent.

Aliud.

Quando Tuas Laudes meditor, venerande
PITISCE,
Nescio quo fato dura Camena negat.

Aut

*Aut Tua non ulli laus est cantanda Poëta:
Aut lutulenta mihi & turbida vena fluit.*

17. M. CHRISTIANVS Primice/P.L.C.
Scholæ Lignitiensis Rector & Johannes
Pastor obiit. 1669. 17 Maji Febri.

SVada, melos, Sancti profunda Scientia verbi,
Atq; mathematica lucis & artis amor
Te Musis decimam suadent adjungere Musam:
Judice me starent, alter Apollo fores.

19. Ephraim Heermann/ antea Steinovi-
ensis ad Oderam, hodie Lign. Scholæ
Rector. Solenniter introduciur
Anno 1670. die 28. Januarii.

Ingrederis, Vir clare, aciem, quâ plurimus Ho-
stis
In juvenes torquet plurima tela, novam.
Dux eris, ac animos alacres bellantibus addes,
Talia qui miscet prælia, Victor abit.

Conclusio

EN Tibi, cui nostras libet inspexisse Camenas,
Ista mihi Pietas istaq; cura fuit:
Nomina quæ Lygio fuerunt clarissima Celo
Scribere, Servari Poterit atis erit.

Explicit.

Johannes - Jovianus Pontanus

De Obedientia L. 5. c. 6. p. m. 84. Tom. Oper. 1.
Edition. Basileens. 1538.

SI Justitia colenda est, quâ re-
motâ Societas nulla, nullaq;
amicitia aut conjunctio esse in-
ter mortales potest, cumq; nul-
lum majus Injustitiæ Genus sit,
quam in illos ingratum esse, (a
cujus muneris ac beneficii sit, i-
gnorantes ne simus, cum igno-
rans omnis & nequam & malus
sit: jure observandi sunt Illi plu-
rimum, qui ad felicitatem nos
instituunt, ad Eamq; rectâ & cer-
ta ducunt via. Jure quorum
præceptis atq; informationibus
exculti, ornatiq; Ipsi sumus, in

a mallet legere, quorum.

eis.

eis colendis honorandisq; pecca-
re, & turpe & malum putemus:
nec in iis tantum, qui vivunt ve-
rùm & in Eorum, qui multis an-
te annis decessere, cele-
branda memoria & nomi-
ne &c.

